



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

74 Pensio, an sine consensu Papae extingui possit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio, *l. q. quib. mod. tol. oblig. in princ.* sed allegata solutione, & inde, parte citata ad docendum de dicta allegata solutione, iudex concedit terminum, usque ad primam sequentem diem juridicam, qua adveniente, & non docto liquide de solutione, proceditur ad executionem, quia non conceditur tempus ad liquidandum, *Felin. in cap. suborta, n. 2. vers. sed, si non esset, de re jud. cum aliis supra allegatis.*

73 Septimò † opponi potest exceptio extinctionis pensionis, quæ pluribus modis extinguitur.

Primo morte pensionarii, si procurator agat pro exigenda pensione nomine principalis, qui in longinquis partibus decessit, quia, si habet in promptu probationem mortis, cum pensio reservetur, quoad pensionarius vixerit, eo mortuo, est extincta reservatio, sicuti si dicitur usufructus morte usufructuarii, *§. finitur, in sit. de usufruct. cap. fin. de pecu. cler. & G. g. de pens. q. 1. num. 5.*

Secundò pensio regulariter extinguitur per contractum matrimonii, per verba de presenti, *G. g. eod. tract. q. 14. n. 5. & 6.*

Tertiò extinguitur pensio per ingressum religionis post emissam professionem, prout vacant beneficia, ut per *Staphil. in tract. de var. mod. vacat. num. 90.* & hoc casu valet arg. à beneficio ad pensionem, quoniam, emissâ professione, religiosus habetur pro mortuo, quia cum ipse ab alio possideatur, nihil possidere potest, *cap. non dicatu, 12. q. 1. & cap. ad 78 monasterium, de stat. monach.*

Octavò, † potest opponi exceptio ex-

inctionis aliquibus anticipatis solutionibus auctoritate Papæ, & pensionem redimens sine auctoritate Summi Pontificis simoniam committit, inquit *Navarr. in cap. 23. nu. 111.* quem post alios, quos citat, sequitur *Monet. in tract. de distrib. quot. n. 52.* contraria tamen sententia, quòd pensio sola voluntate, sicut quælibet res profana cassari, & remitti possit absque licentia Papæ, est verior, quam post *Præpos. in cap. Agatho. 63. dist. tenet Gomef. in reg. de infirm. resig. quest. 16. num. 4.* ubi testatur, tempore suo Rotam hanc opinionem pluries approbasse, & hanc opinionem etiam modernis temporibus tenuit *Rot. in noviss. decis. 471. n. 10. part. 1.* à qua tutò recedi non potest.

75 Nam pensio † in temporalitate consistit, *Put. decis. 202. num. 3. lib. 3. Gomef. eadem quest. 16. n. 2. vers. pensio vero, Benint. in decis. 49. num. 6. & G. g. eod. tract. de pens. q. 13. num. 3.*

† Et ideo anticipatis aliquibus solutionibus, quibus mediantibus in instrumento quietantiæ apponatur pactum de ulterius in futurum non petendo, illa exceptio pacti de non petendo æquipollet solutioni, ut per *G. g. eod. tract. q. ult. n. 2. 3. & 4.*

77 Nondè exceptio † excommunicationis, quæ opponi potest in quacunque parte litis, quo casu, si agens ad pensionem est excommunicatus, iudex executor illum repellere debet, *cap. exceptionē, & sibi Abb. num. 2. de except. & Jaf. in l. 1. n. 23. de jur. & fac. ignor.*

78 Et hæc exceptio procedit, † etiam opponi potest coràm iudice sæculari, *gl. fin. in l. 1. C. de jur. & fac. ignor. cap. fin. de*